2

¶ Incipiunt conclusiones pulcerrime super quatuor libros sententiarū compilate. per S. Th: professore[m] Henricum Gorichem

Qvpientes aliquid de penuria ac te ꝛc̄ Iste liber dictus est sententiaꝝ. eo ꝙ sententias antiquoꝝ patrū ꝛ doctoꝝ de katholicis veritatib⁹ hincinde collectas summatim cōprehendit. Et p̄ma sui diuisione diuidit̄ in tres partes. Scilicȝ. in Prohemiū. Tractatū ꝛ Epylogum. Prima pars ꝓhemialis incipit in principio libri ꝛ extendit se vsqȝ ibi Ueteris ac noue. Tractatus vero ab inde vsqȝ ꝓpe finem libri. vbi dicitur Hec de pedibus sedentis super soliū excelsum. Epylogus aūt ab inde vsqȝ ad finē libri toti⁹ // Prohemiū inquantū ꝙ restat ad p̄sens legendum diuidit̄ in tres partes. In quaꝝ prima reddit studentes beniuolos. Et hoc a principio libri vsqȝ ibi. Hoꝝ ergo deum odibilem. In secunda reddit eos dociles. Et hoc a loco iam dicto vsqȝ ibi. Non dēt igit̄ hic labor // In tertia facit eos attentos. Et hoc a textu iam vltimo allegato vsqȝ ad finem ꝓhemij. Et est sententia magistri in hoc ꝓhemio in generali. In speciali aūt eius sententia summaria stat in hac conclusione tripartita. / Sicut per hoc ꝙ magistrū ad cōpilationē huius libri cause attrahentes causis retrahentib⁹ plus mouebunt. ipsius libri auditor beniuolus efficit̄. Sic per q̄tuor causaꝝ eius assignationem docilis redditur. ac ꝑ eiusdē vtilitatis exp̄ssionem attentus constituit̄. Prima ps huius ꝯclusionis ꝓbatur sic. Quilibet bonus discipulus debet tantum beniuolentie alicui⁹ doctrine studio

A.j 2

GROSSHERZOGLICH HESSISCHE HOFBIBLIOTHEK

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-599/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG